Maior patet, quod agens naturale et agens supernaturale sic differunt, quod agens naturale in sua actione presupponit ens in potentia, quod vero in potentia agit secundum quod est in actu, cum igitur tale agens non est purus actus sed potentie mixta, quare non potest producere ipsam materiam que est ens in potentia. Agens vero supernaturale, producit res per creationem vel per simplicem emanationem nihil presupponendo in sua actione, cum sit simpliciter in actu quare totaliter producit rem nihil presupponendo agens enim naturale agit per motum et mutationem physicam, talis autem est in materia ut in subiecto, ideo presupponit eam agens naturale. **O** Et potest manifestius ostendit si materia ab agente naturali inesse exire, vel hoc esset per generationem augmentationem vel alteracionem. **N**on enim per generationem, quia materia est ingenerabilis et incorruptibilis. **T**ertia terminus generationis est ipsa forma substantialis. **P**reterea si aliquid generatioi subiectum tunc esset processus in infinitum, igitur materia non exiuit inesse ab agente naturali. Non per augmentationem aut alteracionem enim ipsa totum positum presupponat, igitur et ceterum, et ideo quod generatur est totum positum et non materia, licet generationis sit subiectum, et sic intelligitur verbum commentatoris dicens, quod materia vere generatur. Nec ipsa secunda materia, esse materie accipit per generatorem, sed esse forme ad totius positum generatorem. **E**t ideo si quis diceret, quod quid exire in esse quod prius non habuit, et amittere esse quod habuit illud ab agente naturali in esse exiuit, materia autem est huius, igitur **D**inor probatur, quod per generationem acquisivit esse et illud per corruptorem amittit. **A**d hoc dominum est, quod duplex est esse materie, quoddam est quod sibi competit genere, et totius corporis est etiam est ipsius materie ex parte, et tale esse a generante accedit et a corruptore amittit. **A**liud est esse potentiale hoc est subiectum, et illud non accedit a generante. **A**ut dicendum est, quod materia tene variatur secundum esse, non autem secundum substantialiam suam, exempli gratia, ut si accipiat glibe siue iam substeret vasis honoris siue virtutis, si maneat eadem materia secundum substantialiam licet sit alia et alia secundum officium. **O** Et sic patet, quod materia in esse exiuit a deo agente infinita potentia quod nulli rei create pervenire debet. **D**inor quod ad primam eius prem multis rationibus probat. Quarum prima est prima causa est simplicissima regens omnia, et nulli mixta, materia autem non est huius, cum in rem naturalibus per positionem inveniatur. **M**aior est autoris libri causarum, unde etiam dicunt theologi, quod prima causa est super omnia non exclusa, et infra omnia non depressa, et in omnibus est non inclusa, ac regens omnia sine sui participatione. Circa hoc est notandum quod duplex est diversitas, quodam est per remotionem omnis perfectionis, et sic materia prima est simplex, quod si secundum se accipiat, nullum habet in se actualem perfectionem. **A**lia est simplicitas per remotionem omnis positionis, et sic prima causa secundum deum est simplex, quodque in prima causa sunt omnia rerum perfections, non tamen habet in ea positionem, sicut in creaturis, quoniam in ea non est materia et forma propriam nec accidentis et subiec-

Primus

Secunda, materia et causa efficiens non coincidunt scilicet physicorum, igitur ipsa causa prima non est materia. **T**ertia mouens et motum non identificantur cum idem non sit in actu et in potentia, prima autem causa est agens immobile, materia autem mota, igitur. **Q**uarta perfectissimum et imperfictissimum non sunt unum et idem. Prima autem causa est, ens perfectissimum, immo ipsa pfectio et ens per essentiam, materia vero ens imperfectissimum et penitus immobile Augustinum igitur. **Q**uinta prima causa est quod habet materia autem non est quod habet, cum non sit ipsa forma. **I**stis autem rationibus non obstat, quidam philosophi dicunt primam causam et materiam primam non habere distinctam, et huius erexit occasio fuit materie ignorantia, putantes materiam esse ens in actu et formam suauem et esse accidentem, et istius opinione iuiciorum fuit Alexander epicurus, et post David de dignato. **O** Et ex ista opinione surrexit error aliquorum dicentium primam causam esse substantiam omnium rerum, et res ipsas solum differri pepulit formarum dicebant enim formas esse quedam velamina ipsius dei. In signum cuius heretici sic deum venerantes depinxerunt animam imaginem pepulit. **Q**uoniam autem isti tamen ad ponendum haec maximam fallitatem scilicet primam causam et materiam non differre, aliquor mortuis siue romib. **Q**uarum prima est, illa sunt eadem que non differunt aliqua differentia, prima autem causa et prima materia non differunt aliqua differentia, quia illa que differentia differunt pervenient in aliquo genere, sic autem non est de prima causa et materia, igitur. **S**eunda causa est simplicissima, materia prima est simplicissima, igitur materia est prima causa. **T**ertia prima causa est ingenerabilis et incorruptibilis, etiam ipsa materia ut testis in fine huius, igitur. **Q**uarto omnia sunt ex materia prima, et omnia sunt ex prima causa, ergo non differunt. **A**d primam rationem dominum est, quod maior non est sufficiens et ergo debet sic formari, illa que non differunt aliqua diversitas vel que non sunt metu diuersa, illa non differunt nec autem prima materia et prima causa non differunt aliqua differentia, quare etiam non sunt differentes, sed diversae. **C**ura hoc est notandum, quod isti quatuor termini si proprie accipiuntur distinctio diversitas diversa, et contrarietas, habent se sicut magis coe, et minus commune, quod distinctio dicit quacunq; non identitatem aliquorum siue sit realis sive rationis, et sic dicimus quod superior et inferior sunt distincta, ut animal et homo. **D**iversitas vero dicit realis distinctionem, et sic homo et animal, licet sint distincta, nullo modo tamen diversa. **S**ed diversa dicit diversitatem duas species sub uno genere, et sic non differunt prima causa et materia, sed sunt diversae. **O** Contrarietas vero facit diversam duarum specierum repugniam, et sic non omnes species sunt contrarie, sed solum species repugnantes, vii patet, quod vicimque est contrarietas, ibi est diversitas, et distinctio, sed non contra, quoniam alicubi est distinctio, ubi non est diversitas, ut patet in superiori et inferiore, alicubi est diversitas, absque differentia ut patet de prima causa et materia prima, idem etiam patet de generibus generalissimis, alicubi est diversitas absque contrarietate, ut patet de diversis species predicamentibus substantie, alicubi sunt omnia, ut patet in formis tertie species qualitatis, ut calidum et frigidum, aliud et nigrum. **A**d secundam rationem est ut prius, quod duplicitate aliquid dicitur simplicissimum, uno modo per secundum distinctionem perfectionum, et sic prima causa est simplicissima. **A**lio modo per sterilitatem, et sic materia dicitur simplicis

Physicorum

etiam prima causa est simplex in fine simplicitatis subsistens nulli ponibilis. sic autem non est de materia. qd ipa sit alteri ponibilis scz forme substanciali ad totius positi substitutionem. ¶ Ad tertiam rationem dicitur est quod veras sit ingenerabilis. tñ differenter. qd materia licet non sit generabilis. creatione tamen ipsa est producibilis. non autem prima causa. Et licet materia est sua potentia substantia quam habet. ex eo tamen non sequitur. qd sit omne illud quod habet. habet enim materia potentiam formalem. formabilem. etiam habet diuersas formas substantiales et ex consequenti diuersas formas accidentales. et tamen non est materia illa. et sic materia non est omne illud qd habet utra prima causa. Tercia causa extrinseca substantia licet maxime inesse et substantio superest maxime. materia autem in trinseca substantia et substantio non superest. ¶ Ad quartam rationem dicendum est. qd ipsa peccat in materia et forma. in materia. qd spissas substantias non sunt ex materia. in forma. qd differenter omnia sunt a prima causa et ex materia. sunt enim omnia a prima causa tanq; a principio effectu finali. ex materia vero tanq; ex principio materiali. ¶ Secunda pars patz. quoniam res naturalis ponitur ex materia et forma. ex materia quidem tanquam ex principio esse suscipiente. et a forma tanq; ex principio esse dante. sed principium esse suscipiens est principium subiectuum. sicut dans esse est predicatum. Et si causata per naturam. quia materia de qua in presenti loquimur non est ipsa substantia substantialium immaterialium. ¶ Et si dices res totum predicari potest de parte subiectiva. res vero naturae non potest predicari de materia. ergo non est eius ipsa subiectua. ¶ Ad hoc dicendum est. duplicitate de pars subiectiva. Uno modo in quantum est inferior respectu sui superioris. et sic materia non est pars subiectua. cum res naturalis de ea predicari non potest. ut dicendo materia est res naturalis. Alio modo dicitur pars subiectua respectu ipsius forme cui substantia subiacet. et sic materia est pars subiectua. ¶ Conclusio quo ad eius primam partem patz. scilicet qd materia exiuit in esse a prima causa. qd ipsa non est prima causa ut patet ex minore. igitur acceptit esse post non esse. non autem acceptit illud per motum aut naturalem mutationem neque ab agente naturali. igitur exiuit in esse a prima causa per creationem. non per alterationem augmentationem aut loci mutationem. cum in illis modis totius compositum presupponitur. Nec per generationem. qd materia generationis subiectur. etiam generationis terminus est forma substantialis. Secunda pars patz. scilicet qd ipsa non est producta sicut ens ppletum seu perfectum. qd ipsa est creata de nulla re penes nullam rem et pro nihil. Prterea e modo materia in esse exiuit quomodo cognoscibilis est. ipsa autem non est finis se cognoscibilis. sed secundum analogiam ad formam. igitur in esse exiuit non tanquam ens completum. sed totius compositi pars. et ideo non habet ideam in mente primi per se propriam. sed coideatam. ita scilicet qd sicut totum possumus per se perducere est principaliter. sic etiam idea est totius compositi. et tunc forme. et ultimum materie. Et ideo aduerendum est. qd differentia est inter creationem. incrementum. et subcreationem. Creatio enim est totius positi subsistentis. et proprie illius qd per transmutationes naturalis produci non potest. Incrementum vero est formarum substantialium aut accidentalium. que non habent esse ex materia. et sic a rationales et dona supernaturalia dicuntur incrementi. Sed subcreare est ipsius materie que producitur ut forme stramentum. Et ideo quod de materia est creata

Aristotelis

non accipitur ibi creatio proprie. sed muniter ut id est qd subcreatio. Et qd sit ens productum in toto posito patz qd materia non est sine forma. igitur est sub forma producta materia autem et forma totum possumus substitutum. ergo ipsa est producta in toto posito. ¶ Sed dices. illud potest se creari quod huius distinctum esse. materia autem habet esse distinctionem a forma. ergo potest creari. Ad hoc dicitur est qd verum est qd habet esse potentiale quod est ad alterum. non tamen absolutum. quare non potest se creari. sed sub forma. Nec est simile de accidentibus in sacramento altaris et materia qd accidentis habet essentiam ppleteam saltem in suo genere dependens a substantia tanquam a causa secunda quam prima causa supplere potest. materia vero non habet essentiam ppleteam nec esse. sed est pars aliquius essentiae habentis. igitur non potest seorsum produci aut creari. sicut accidentis seorsum pleruatur. Quidam tamen differunt eo modo materiae exire in esse a formaliter accidens pcedit a substantia. Unde accidens pcedit a substantia sicut substantie vestigium. ita materia de forma pcederet. et sic non pcederet formam via generationis. quod est falsum. Etiam tamen materia non est substantia. cujus vestigium rationem accedit habet. quoniam vestigium est imperfecta rei similitudo. non quidem totius. sed partis. et accidens de substantie vestigium. non autem imago. et hoc loquendo precipue de accidente muniri. Sed imago est perfecta rei similitudo. non solum partialis sed totalis.

Secundi discursus. Major

Analogia potentie reperitur in diversis diversimode minor. Illoque proprius est una potentia que sunt ad inuicem transmutabilia.

Conclusio. Igitur corruptibile et generabile materia finis se accepta seclusis formis et dispositionibus est numero una. tam corruptibile et incorruptibile varia

Major patz. qd tot modis de vnu opositorum quo modis de reliquo primo theopico p. accus autem et potentia ex opposito dividuntur. cujus igitur actus in diversis diversimo de reperiatur. ergo et potentia. Qd autem actus in diversis diversimode reperiatur patz. qd quidam actus est perfectissimus quidam imperfectissimus. quidam est medio modo si habens. Actus quidam perfectissimus est. qui est primo actu vicinus. ut est actus substantiarum separatarum. Imperfectissimus est qui maxime distat a primo actu. ut actus forme naturalis materie inesse naturae. Medicus vero qui medio modo se habet. Unde in spiritualibus substantiis actus potentiam superat et vincit. in generabilibus et corruptibilibus potentia actuum vincit. In celestibus vero actus et potentia parificantur. Contra autem sumitur analogia potentie per ascensum ad primum. Unde potentia quod maxime distat a primo actu est perfectissima. et minime distat minima. que autem media medio modo se habet. Et sic dicitur perfectissima potentia que maxime dominat actu. ut dicitur soler perfectissimus nequam qui dicitur esse pessimus talis autem non est perfectus simpliciter. sed dum etiam patz finit. ¶ Minor patz. quia quecumque sunt ad inuicem transmutabilia illa continentur genere physico. qd non est aliud qd potentia formalis formabilis existens in materia sed quam mobilis est de materia forma in terram formam. igitur illorum est una potentia que sunt ad inuicem transmutabilia. ¶ Quicunque statu materiali est nondum.

Liber

Primus

Quod longa est differentia inter genus logicum et physicum quoniam genus logicum est communis notio predicable de his que specie distinguitur. et istud fin Porphirii dividitur in genus generalissimum et genus subalternum. Et n*on* vero physicum est communis potentia formalis formalis fin quam materia mobilis est de forma contraria in contraria formam ab illo tamen sumitur genus logicum per intellectum abstractente. et etiam est subdiuisibile in genus generalissimum et subalternum. quoniam genus generalissimum est prima materialis contraria inchoatio. Sed genus subalternum est inchoatio formarum mixtionalium et animalium. ut parebit latius inferius.

Propositio quo ad eius primam partem patet. quia illud est unum quod est ens individuum. materia autem sic accepta est ens individuum. cum divisione materie proveniat a forma. cum ergo secludantur forme non habent a forma divisionem. et per consequens remanet una. et non una generis. quia talis unitas est forma specifica. ergo remanet una numero. sed per parentem distinguuntur. Non autem est unapostitue. quia non habet in se aliquam formam unam ut sic accepta. Et quo accipi potest. quod aliquid dicitur unum numero dupliciter secundum positionem. et talis unitas causatur a terminacione potestate per actum sive formam. Alio modo et aliquid unum prout per distinctum carentiam. quia cum respectu alterius non est aliquid distinctum. tunc remanet ens individuum. et per consequens unum numero. cum sit ens individuum.

Act est norandum quod duplex est materia. quedam est materia prima que est materia finis accepta per divisionem formarum et omnium dispositionum accidentalium exclusi nem in ordine ad diuersas formas. non tamen ab ea secluditur prius universalis neque forma corporeitatis. quod tamen esset materia primo prima. que amplius non est in genere physico sed extra genus physicum. Alio est materia secunda que est materia determinata dispositionibus accidentia libo determinantibus ipsam ad aliquam formam particula rem. sicut semen equi dicitur materia secunda. quia est determinata dispositionibus accidentalibus eam disponentibus ad talem formam sic quod non ad alteram. Unde loquendo de tali materia non est dubium quin illa differat numero in generabilibus et corruptibilibus. quod inquantus accepta est sub pluribus formis substantialibus aut sub pluribus talibus dispositionibus distincta est et multiplicata numero. et per consequens ea sic accepta non est numero una.

Actuenter dum tamen est quod materia prima et secunda non sunt materie diuersae realiter. sed eadem est finis essentiam sub diuersis tamen esse. materia prima sub esse communis non contrario et materia secunda a sub esse speciali et contraria. **A**ct est scimus dum quod in substantiis materialibus habentur inquantitas est transmutationis subiectum duplex reperitur potentia. scilicet ad ubi et ad formam simul. ut in substantiis generabilibus et corruptibilibus. ut in elementis et mixtis. In alijs autem reperitur transmutationis potentia dum taxat ad ubi sicut in corporibus celestibus. et tales substantiae in quibus non reperitur prius ad formam sunt incorruptibles. Ex quibus pars secunda pars conclusionis secundum corruptibilem et incorruptibilem est varia materia. hoc est substantiarum corruptibilem et incorruptibilem non est eadem numero materia. quod materia generabilium et corruptibilium priuationem est immixta. materia autem incorruptibilem et ingenerabilem non est priuatione immixta. sicut. Et quod in celo reperitur materia pars et Aristotelem primo celi. qui propter quas

tunc corpora simplicia ponit quinque ensentiam. et non metaphysice ibi dicit quod in omni motu oportet imaginari materiam. Quidam tamen dicunt quod in celo non sit materia. hoc autem sic probabant. quod si sic tunc esset generabile et corruptibile. hoc autem inconveniens est. Sequitur la pater. quia habet materiam. **A**d hoc est facilis solutio licet habeat materiam illi tamen materie non est privatio immixta. ut patitur supra. **A**ct si dices. moues et motum delent proportionari. in mouente autem non est aliqua materia simpliciter. sicut nec in mobili quod est celus. **A**d hoc est dicendum quod duplex est proportio. quedam est proportio in esse nature sive in natura identitatem haleant et talis non est inter mouens et motum vel mobile. quia non oportet quod mouens sit eiusdem nature cum mobili. Alio est proportio in esse mobilitatis. et consistit in hoc quod mouens excedat mobile in virtute. et sic mouens et motum delbet proportionari. sicut ergo est. proportio inter animam nobilem et celum. quoniam anima nobilis suo intellectu practico mouet corpus celeste et excedit omnem materiam corporalem in virtute. et hoc ea de causa. quia materia corporalis obedit substantiis spiritualibus ad nutum sive voluntatem. sicut enim substantie separate excedunt corpora in nature nobilitate. ita excedit etiam quod ad operationem. et ideo possunt quacunque materiam corporalem mouere localiter. **O**rcia ista materiam posset aliquis querere an in omnibus substantiis tam corporeis quam incorporeis materia reperiatur. **E**cce videtur quod sic. quia quocunque reducitur ad unum genus reducitur ad illius generis principia et illa includunt omnes autem substantie tam corporeas quam incorporeas reducitur ad genus substantie. ergo includunt in se principia generis substantie. talia principia autem sunt materia et forma. sicut ea includunt. **S**ecundo quicquid reperitur in pluribus et non pure equivoce. reperitur in ipsis ratione alicuius communis quod conuenit illis pluribus aliquo vero passione ut substatre subiecti et siles illis eas in substantiis corporeis quam incorporeis reperiuntur. ergo hoc est gratia alicuius communis quod in ipsis est. et illud communis est materia. **T**ercio ubicunque reperitur formam et distinctum oportet ibi premissae informe et indistinctum in substantiis autem incorporeis aliquid reperitur formatum et distinctum. ergo illud prius fuit informe et indistinctum. et illud non est nisi materia. nam non posset conuenire forme. sicut in ipsis est materia. **Q**uarto. sicut se habet genus respectu differentiarum ipsorum dividuntur. sicut se materia habet ad formas actuales in potentia. genus autem reperitur in omnibus suis differentiis. sicut etiam materia sub omnibus suis formis substantialibus. quoniam ad omnes illas est in potentia. **I**n oppositum tamen agitur sic. ubicunque reperitur materia ibi reperiatur corporeitas. quia quantitas a materia nunquam separatur. in substantiis autem incorporeis non est corporeitas. ergo neque materia. **P**ro responione tamen dubiis motu est sciendum. quod licet forme incorporee sunt substantialies simplices simpliciter que opponunt compositioni et materia et forma. non tamen sunt omnino simplices. cum talis simplicitas soli primo conuenit. et ideo quia non sunt omnino simplices aliqui non potentes cognoscere earum compositionem dixerunt ipsas ex materia et forma compositas sicut Anicebron et sui sequaces. quorum rationes sunt certe. et dixerunt etiam quod in omnibus substantiis tam corporeis quam incorporeis esset una materia. **P**ro cuius responsione est sciendum. quod duplex est accipitur materia.

Physicorum

Uno modo muniter pro omni potentia que quocumque modo actus substat. et sic ea capta non est materia simpliciter sed solum per analogiam. Secundo modo accipit materia pro potentia subiectiva motui et mutationi. Quibus suppositionis infertur ista velutio. licet in substantiis corporis reperiatur materia primo modo dicta. non tamen materia simpliciter dicta. Prima pars isti? secundis p. quia ibi repertitur actus. et non est actus purus. quod sic non differet a primo. ergo est actus potentia permixtus. et per consequens repertitur ibi aliqua potentia que substat actum. Unde est aduertendum. quod ille substantie sunt realiter compotite ex actu et potentia sive ex quo est et quod est. ideo in se quandam potentialitatem includunt. Et licet ea parte qua respiciunt primam causam non habeant talen potentiem. tamen ea parte qua respiciunt corpora celestia quodrum ille substantie sunt motrices accedunt ad obscuritatem et puritatem in potentia. Et simile est de lumine candidate. quod in ea parte qua respicit lucem candele habet opacitatem sive obscuritatem. ea tamen parte qua recedit lumen a luce habet puritatem et luminositatem. Ut ad primum argumentum est dicendum. quod materia et forma non sunt principia substantiae in communione. sed solum substantiae corporis. actus autem et potentia sunt principia substantiae in communione. quare in substantiis incorporeis procedimus oppositionem actus et potentie. Ad secundum dicendum est quod substare in primis non insequitur materialia in quantum materia est. sed in quantum est quedam potentia. et ideo repertitur in ipsis non gratia materie. sed tardie potentie quam includit. quod tamen illud substare eis alter conuenit quam in substantiis materialibus. Ad tertium dicendum est quod omne formatum presupponit informe sive rationem. et sic sive rationem informe praedita formam. sed non secundum rem. hoc tamen verum est quod in substantiis incorporeis reperiatur materia sive analogia ut dicunt est. non tamen simpliciter. Ad quartum est dicendum negando sequentiam. quoniam materia non est in potentia ad omnes formas tam corporales quam spinales sive incorporeas. sed dum carat in potentia respectu formarum corporalium et naturalium. quare etiam materia non habet talem ambitum sicut genus generalissimum substantie. Dominus tamen Albertus primo physicorum in quodam disgressione dicit quod dupliciter pertinet loqui de materia. Uno modo in quantum est substantia quedam in compositione essentiali oppositione quam substare compositum licet non sit per eas. Secundo modo sive quod est substantia quod est in potentia quam subiectur motui et mutationi. Primo modo oportet procedere necessario quod ipsa est in omnibus substantiis ordinatis in genere substantiae sive sint corporeae sive incorporeae ut dicit Alzicron. et hoc modo omnium ordinatorum in genere substantie est materia una. sed si substantiae incorporee non sunt ordinatae in genere. sed sunt forme simplices tunc non oportet quod omnium sit eadem materia sed solum corporalium. Si vero secundo modo dicatur tunc materia non consideratur nisi in moto corporeo. ut dicit Aristoteles secundo metaphysice. et hoc est materia una prima. que tamen dividitur sive primam potentie divisiones quae est potentia ad ubi sive vel ad ubi et ad formam simul ut patet ex dictis. Et quibus p. opinionum diversitas. quod quidam ut Alzicron et sui sequaces in substantiis incorporeis materiam ponebant. quidam autem non. Dominus tamen Albertus primo physicorum nec unam nec aliam approbat. et sic illud quod determinatum est disputa-

Aristotelis.

tate dictum est. nec est veritati contrarium.

Ad objecta in oppositum

Ad primum est dicendum. quod nobilitas cause non semper attenditur ex pre effectus producti. sed aliquando ex parte modi producenti et ideo qualis materia sit effectus multum imperfectus. habet tamen nobilemodi producentem ex nihil producitur. Aut dicendum est quod effectus productus ad sue cause similitudinem similis est sue cause. et sive perfectionibus pollet. iam materia non est producta ad prius cause similitudinem. sed subcreata est tanquam pars rotius compotin. Pro quo notandum est quod differentia est inter causam primam et inter causas naturaliter agentes. quoniam effectus a causis naturaliter agentibus procedunt uniformiter et necessitate nature. et ideo perfectioris cause naturaliter agentis perfectior est effectus. Prima vero causa non agit necessitate nature. sed libere sive suam plenitatem. quare effectus producit sive sapientie ordinem. ut quodam maxime sibi similes sicut spinales substantias. quodam sibi dissimiles. ut materia forme substantiat non habentem modum essendi nisi sub forma. et plura alia inferiora. Octauum dici potest quod duplex est productio. scilicet uniuoca. et in tali causa efficiens et effectus sunt eiusdem nature. et sic effectus et causa se habet quod si causa fuerit perfecta. etiam effectus eius est perfectus. Altera est equinoxa que est diversarum specierum. et in illa hoc non oportet.

Ad secundum est dicendum. quod omnia opera dei sunt perfecta. tamen omnium operum perfectio non est unius rationis. immo uniusquodcumque dicitur perfectum cum fuerit in debito statu. et ideo materia perfecta est ipsa habente rationes subiecti ad formas generabilium et corruptibilium. Ad tertium est dicendum sive dominum Albertum in libro de quantitate coequis. et cum dicatur prima rerum creatarum est esse ibi esse ponitur proente. Sed dices. philosophus non debet determinare de exitu materie in esse. sed potius relinquere materiam esse. eo quod ipsa sit principium physicii. Ad hoc responderet dominus Albertus. quod verum est. tamen bonitate doctrine dicimus materiam a prima causa in esse existuisse. et sicut ipsa est scibilis per analogiam ad formam hoc modo sive rationem proportionis habet idem. Primum enim causat per imperium. et ideo subiectum cadit in intellectu esse. eo modo quo lignum in mente artificis non enim cadit in intellectu artificis in eo quod est lignum. sed in eo quod suscepit artis. et hoc est primum subiectum forme naturalis quod cadit in mente divina. Ad quartum dicendum est. quod non oportet effectum prime cause esse perfectior. et effectus secundiarum causarum. dummodo ipse effectus productus non sit ad sue cause similitudinem. sicut ipsa materia quoniam ipsa non est producta nisi ut stramentum naturale et informe principium. et tale necessario secundiarum causarum causaliter presupponit. sicut dicit Plato sumum deum ad secundos deos loquenter. O domine deorum quorum pater opifex es ego sum. semetipsum vobis tradidimus aut est per execu. id est ipsam materiam mouere ad diversas formas. Et est notandum sive dominum Albertum in libro de quantitate coequis. quod prima causa et secunda duobus modis ad iniunxit comparari possunt. Uno modo quantum ad eorum effectus. et sic non oportet prime cause effectum esse nobiliorem effectu secundiarum causarum. Alio modo in modo causandi. et si nobilitori modo causat prius causa quam secunda. quia prius causa ex natura

Liber

Primus

lo effectum producit. Ex quo patet q̄ ipsa non presupponit aliquam potentiam subiectuam sicut cause secunde effectum aliquem producentes. Ad argumenta seduci quae sunt est dicendum ad primum ad maiorem. q̄ illa q̄ conueniunt in materia propriissime dicta. illa sunt ad unum transmutabilitia. ut ista inferiora. non autem illa que conueniunt in materia primum dicitur. Inter autem inferiora quedam sunt ad inuicem transmutabilitia faciliat. illesque que conueniunt in proxima formarum inchoatione vel elementis. quedam vero difficulter transmutabilitia. illa scilicet que non conueniunt in proxima formarum inchoatione. Ad secundum est dicendum q̄ illa sunt eadem quo rūm materia actuata est eadem. non autem quorum non est eadem materia actuata. ut patet in corporib⁹ celestib⁹ et subcelestib⁹. immo etiam in subcelestib⁹ est alia et alia materia. quoniam materia non dicitur facere unitatez numerale posuisse nisi sit q̄ actu stat sub forma. ut p̄ ex dicitur. Ad tertium est dicendum. q̄ sit potentiam sive materiam p̄ in qua non quodlibet est ad quodlibet in potentia. utq; tamen sit materiam primam vel remotā potest fieri quodlibet ex quodlibet de se. per accidens tamen impedit potest. propter improportionatā quantitatē. ut ex grano milii non potest fieri leo. sed tamen materia que est in plurib⁹ granis et que sufficit ad extitatem leonis potest esse sub forma leonis.

Incidunt dubia quo-

rum primum est. An materia possit esse priuationi nō im mera. Et videtur primo q̄ sic. quecumq; essentialiter differunt possunt ab inuicem separari. materia aut et priuatio essentialiter differunt. cu priuatio sit quodammodo forma que a materia essentialiter differt. ergo priuatio potest a materia separari. et p̄ sequens ipsa potest esse sine priuatione. Secundo. in celo est materia. quia id qd sustinet formam est materia. in celo autem aliquid est quod sustinet formam. ppter qd dicit Aretoteles p̄mo celi. Cum dico celum dico formam. cu dico hoc celum. dico formam in materia. tali autem materia nō est priuatio p̄mixta. ergo potest stare sine priuatione. Tercio sic. una forma existēte in materia abīcetur priuatio que erat ad talem formam. Igitur omnibus formis naturaliter preexistentib⁹ in materia destruitur totaliter et vniuersaliter priuatio illarum formarum. sed omnes forme naturales sunt in materia. et p̄ sequens in materia non est aliqua priuatio.

Solutio domini Alberti q̄ non. quia opposita nō sunt in eodem. forma autem et priuatio sunt opposita. cuq; igitur in celo semper insit et ne cessari forma. nunc inerit ei priuatio. Preterea cuicunq; inest priuatio ad formam aliquam illud non habet illam formam et tamen aptum natum est habere. aut igitur aliquando habebit ipsam. aut aptitudo est frustra. frustra autem nihil est in natura. ergo si in celo sit priuatio. necessario ipsa habet naturalem aptitudinem ad formam habendam quam non habet. et aliquando habebit quod est absurdum. cum sit intransmutabile sit formam. Et est notandum. q̄ materia in diuersis corporib⁹ diuersimode reperitur. In aliquibus enim reperiatur materia que est satiata sit totum eius appetitum. ppter hoc q̄ partialitas eius totaliter est terminata per formam. et ipsa est totaliter actuata. quemadmodum est in celo. et h̄ est propter perfectionem forme celi. materia enim eius est totaliter actuata ac terminata. sic. q̄ non amplius appeti-

tit perfici per aliam formam. In alijs autem substantijs puta in generabilibus et corruptibilibus reperitur materia que non est satiata secundum totum eius appetitum. et hoc est propter imperfectionem forme que non terminat totam potentiam materie. nec totaliter eam actuat. sed in ea potentiam relinquit ad alias formas. Ex quo patet q̄ materia celi non est priuationi permixta. quia est totaliter actuata per formam. materia tamen generabilem et corruptibilem semper est priuationi immixta. quia nunquam satiatur sit totum eius appetitum. sed semper existens sub una forma aperit alijs formas perfici. Ad uertendum tamen est. q̄ duobus modis accipitur priuatione. Uno modo primum prout extendit se tam ad priuationem ad ubi qd ad formam. et sic in celo bene reperiatur priuatio. cum sit mobile ad ubi. et yni quodq; eo modo includit priuationem quo modo est mobile. Alio modo accipitur priuatio pro priuatione ad formam tantum et maxime pro priuatione forme substantialis. illo modo hic accipitur. et ideo hic simpliciter conceditur in celo nō esse priuationem. cu priuatio ad ubi nō est simpliciter priuatio sed sit quid

Ad obiecta in opposi-

tum. Ad primum dicendum est. q̄ quando aliqua duo differunt essentialiter et unum est subiectum alterius nō possunt ab inuicem separari naturaliter. sicut patet de accidente et substantia. modo materia et priuatio licet distinguantur essentialiter. tamen unum est subiectum alterius. ideo possunt ab inuicem separari realiter in illis in quibus reperitur priuatio. Ad secundum patet solutio ex dictis. Ad tertium dicendum est per interemprisonem psequenter. qz licet omnes forme sint in materia naturali et ipsa accipiatur omnibus formis. tamen oēs ille forme non sunt in eadem parte materie. sed in diversis partibus. et ideo una forma existente in una parte materie adhuc in ea stat priuatio ad omnes alias formas naturales. Si tamen per impossibile ponetur q̄ in eadez parte materie essent omnes forme simul. in ipsa non relinquitur priuatio

Secundum dubium est.

An materia seclusa priuatione sit omnino simplex. Et videtur q̄ non. quia quicquid potest recipere aliud in se habet quod potest suscipere et quo potest. materia autem sine priuatione potest suscipere formas naturales. ergo nō est simplex sed composita. Secundo sic. ipsa sic accepta in se habet naturalem potentiam et etiam respectum ad formam. naturalis vero potētia est de genere qualitatis et respectus ille de genere ad aliquid. cum totum esse ei est ad aliud se habere. ergo ē p̄posita.

Solutio. simplicitas duobus modis accipitur. Uno modo negari prout negat compositionem et p̄ponibilitatem simul. et hoc modo opponitur compositioni contradictionem. Alio modo accipitur inquitum negat compositionem et relinquit componibilitates. et illo modo opponitur compositioni priuatione. Per hoc dicendum est. q̄ materia seclusa priuatione est omnino simplex priuatione. sed non negatiue. Primum patet. quia illud dicitur simplex priuatione quod est componibile non habens aliquā compositionem actualem. materia autem seclusa priuatione

Physicorum

non habet aliquam cōpositionem actualem. quia vel essē posita pōsitione prima aut secūda. neutrum illorū est dicendum. Non cōpositione prima. quoniam illo modo ab ipsa secluduntur tam forme substantiales q̄ p̄iuatio igitur non est compōsta pōsitione p̄ma. Nec etiam secūda. quia illa presupponit pōsitionem p̄mam. Secūdum patet. quia p̄mis materia non sit actualiter pōsita ipsa tamen est compōibilis. cum sit plurib⁹ habitudinib⁹ subcreata ad formas ratione quarum habitudinib⁹ ipsa est plurib⁹ formis p̄ponibilis.

¶ Et ad obiecta in oppositū. Ad p̄mum dicendum est q̄ in materia est illud quod forma lūscipere potest. et etiā potentia. sed illa non differit realiter. q̄ in materia est potentia subiectiva que est idem cuī ipsa materia. et ideo nō oportet ipsam esse p̄positam. ¶ Ad secūdum dicendum est. q̄ illa naturalis potentia et etiā ille respectus sunt de eodem genere cum ipsa materia. et sunt idem sūmū rem. et differunt solum sūmū rationem.

Tercium dubium est.

An forma et materia aliquo modo cōueniant essentialiter. ¶ Et videtur q̄ sic. cum esse quod est p̄mum creatū p̄mi conuenient materia et forma. ergo materia et forma illo modo cōueniunt. et p̄ consequens cōveniunt essentialiter. ¶ Solutio q̄ non. sed sūne intra se diuersa. quia si cōuenient in aliquo esse materialiter tunc esset aliquid in quo conuenirent et aliquid in quo differerent. et per consequens vñū q̄ illorum esset compositum. quod falso est. Etiā materia est potentia forma vero actus. modo actus et potētia sunt p̄me differentie entis nō in aliquo essentialiter cōuenient. ¶ Ad obiectum dicendum est. q̄ p̄mū creatum p̄mī duob⁹ modis accipitur. Uno modo sūmū rem et sic est idem cum intelligentia in qua non cōueniunt materia et forma. Altero modo accipitur sūmū rationem. et in illo esse cōueniunt materia et forma. non tamen vniuocē. sed analogice.

Quartum dubium est.

An materia sit eadem cum sua potentia. ¶ Solutio loquendo de potentia subiectiva tunc est eadem cum sua potentia. non autē loquendo de potentia formalis. cum talis si cōuidē essentia cum forma. nō autē cū materia

Quintum dubium est.

Propter quid ad declarationem materie naturalis Aristotleles vñit similitudine materie artificialis. cum tamē ɔrs imitatur naturam. et sit natura posterior. et per consequens ea que sunt nature debent declarare artificialia. ¶ Solutio q̄ ideo. quoniam quo ad nos artificialia sunt noviora etiā materia artificialis sūmū se notior est. cuī sit ens in actu. et solum in potentia sūmū quid. sc̄ ad formam artis. Materia vero naturalis sūmū suam propriam substantiam est ens in pura potentia. et ita omnes forme naturalis materiam primam actuantes sunt substantiales forme vero actuantes materiam artificialis sunt accidentales. quia adueniunt enti completo. Sunt etiam materia et forme artificiales sensibiles. forma autem naturalis est intelligibilis intellectu ad sensū reflexo. materia vero na-

Aristotelis

turalis intelligitur ut dicatum est in textu secundum analogiam ad formam

¶ Tangentes quidem igitur. et alteri quidem sunt ipsa. sed nō sufficiēter. Primi quidem enim confitetur simpliciter fieri aliquid ex eo qđ non est in quantum Permenidem recte est dīcere. Postea vide ipsi si vere est numero una et potentia tantuī una esse. Sed hoc differt plurimum.

¶ Istud est secūdū capitulum huius tractatus in quo phus soluit defectus antiquorum dicentium materiam esse non ens per conuenientiam ipsius cum p̄iuatione. Et dividitur in tres partes. In quarū prima mouet antiquorum rationes. In secūda ponit quinq̄ differentias inter materiam et p̄iuationem. ibi. Nos quidem materiam. In tercia se excusat de ampliori determinatione forz me. ibi. De principio autem. Dicit igitur phus naturā motu subiectam plures philosophi tetigerunt. licet non sufficienter. quia p̄iuationem materie permixtam non viserunt nec distinxerunt a materia. Illi enim propter Permenidis argumentationem quaz veram esse crediderunt et de necessitate cōcludere confessi sunt. q̄ id quod simpliciter est fit ex eo quod simpliciter non est. et hoc probabant ratione Permenidis. et est ista. Omne quod est vere est. ergo quicquid est preter id quod vere est non est. id autē quod vere est. est substantia existens in actu. ergo omne illud quod est preter illud quod vere est actu non est. Secundo probabant sic. Omne quod est vñū est. ergo quicquid est preter vñū est non ens. cuī igitur materia nec vere sit nec vere vna sit. eo q̄ non habeat formaz p̄cesserit. q̄ id ex quo sit generatio est simpliciter nō ens. et sic ens sit ex simpliciter non ente. et hoc est vñū inconveniens in qđ incidentur. quia nescierunt distinguere qualiter materia est ex se. sed ex p̄iuatione non est. et itaq̄ accidens non est tamen per se est hoc modo. quia materie gratia sui debet. et gratia p̄iuationis debetur sibi non esse. Unde isti fuerunt Platonicī qui in hoc cum Permenide concordauerunt q̄ reputabant argumentationē suam cōclude re. sed in hoc discordauerunt. quia conclusionē suā nō dicebant esse ad inconveniens ductuā. Volebat enim ulterius habere Permenidis q̄ generatio nihil est. cū ens posset fieri ex non ente. et hoc platonici non receperunt dicentes non esse inconveniens ens fieri ex non ente simpliciter. et illi non ponit aliquid forme esse in materia. propter hoc q̄ negauerunt p̄iuationem oportuit eos cōcedere q̄ forma sit ex non ente simpliciter. aut produceretur ex esentia materie. Sed manifestum est q̄ incōueniens est ipsam producere substantia. et ideo alterum cōcesserunt sc̄ et fit ex nihil. et hoc modo dixerunt id quod simpliciter. ¶ At sūmū formam fieri ex eo q̄ simpliciter non est sūmū formā. Unde posic̄ ignorauerunt distinctionem p̄iuationis et materie incidentur in aliud inconveniens. viderunt enim q̄ materia permixta non enti est vna numero. et putabāt ad hoc sequi q̄ esset potentia et virtute vna. et hoc quidem bene sequitur. Sed cum dicatur materia permixta nō enti esse negationem ita q̄ cum dicatur nō ens negatur abs solute ens. et nihil relinquatur. quia tunc illud non ens in materia non relinquere aliquam potētiam habitualem ad formam. sicut facit p̄iuatio. et tunc nō habere materia nisi potentiam propriam que est aliquis componentium.

Liber

Primus

cum forma.sed hoc non est verum.quia cum dicitur materia non ens.non ens est privatuum.z ideo priuatio relinquit formalem aptitudinem ad formam.z ita licet sic una numero cum materia.non tamen est una z eadem potentia.sed addit supra potentiam que est materia potentiam habitualem propter quod altera est specie a materia.z ideo plurimum refert dicere ipsam esse unam numero. et dicere ipsam esse unam potentia z virtute.

Nos quidem materiam z priuationem alteram dicimus esse.sed horum hanc quidem non esse sibi accidens materiam.priuationem autem per se non esse.hanc quidem prope substantiam aliqualiter materiam.priuationem autem nequaquam.Quidam autem qd nō est magnū et parvū sibi. aut simul utrūq; aut seorsus utrūq; qd penitus alter modū trinitatis ē hic et ille.vsq; quidem ad hoc peruenient qd oparet quandam supponi naturam:sed hanc tamē unam faciunt.Etē si aliquis dualitez facit dicens magnū z parvū ipsam nihilominus idem facit.alteram em̄ despexit

Ista est secunda pars huius capituli.in qua philosophus ponit quinq; differentias inter priuationem z materiam.quarum prima est.**M**ateria de se habet esse.z ei⁹ non esse accedit ex priuatione que est ei permixta.priuatione vero per se sive de se non est eo qd de se habet non esse.tamen aptitudinem in subiecto relinquit.non obstante nomine dicente non esse actu.z sic inactum aptitudinem relinquit priuatio p̄ncipium rei naturalis ē dicitur.Secunda materia est prope substantiam.non autem ipsa priuatio.Sunt quidem alij aliter dicentes id quod non est esse materiam z non priuationi immixtam.sed in qua est negotio universalis z totalis ipsius forme.z ideo dicitur ipsa esse magnum z parvum.**E**t hoc tripliciter.quia dicunt materiam esse equaliter magnum z parvum.ita scz qd materia est unum z aliud.aut utrūq; simul.aut utrūq; diuisum sive seorsum.z unum dicitur esse formam.z sic dicitur scz platonici qd duo sunt principia materialia z neutrum est priuatio.sed utrūq; sine mixtura priuationis ē.**E**t ideo licet utrūq; scz platonici z peripotetici dicant tria esse principia rerum.tamen trinitas quam ipsi ponunt habet aliud modum penitus a principiorum trinitate.Aristoteles et aliorum cum imitantur.**E**t licet quicdam eorum peruertere concordando cum peripoteticis dicentes unam naturam subiectam.Dicitur tamen qd illa natura una est nō numero tantum.sed potentia z virtute z specie. quod est contra mentem philosophi et aliorum imitantiam eum.**E**t si quis eorum dixerit materiam non esse unum sed duo.sicut platonici qui dixerunt magnum z parvum.tamen dixerunt ista duo unam subiectam naturam potentia z specie. ideo quia non ponunt priuationem quare despererunt eam.z non posuerunt contraria formalia.z licet formam posuerunt tamen alterum contrarieorum quod est priuatio despererunt ponere.quia non viderunt quomodo priuatio misceretur.**I**n omni autem generabilium natura subiecta mixta est priuatio.z cuius materie priuatio non est immixta illud non habet materiam prop̄ quam

dicitur qualis reperitur in subcelestibus corporibus.z sic aliquando Aristoteles dicit corpora celestia non habere materiam.z aliquando habere materiam.z ut pater primo celi.z hoc ex eo. quoniam materia in eis non dicitur uniuersa. ut patuit clarissimus.superius. quia priuatio materie immixta facit ipsa corpora ad inuicem transmutari.z esse generabilita z corruptibilita.z ipsa non materie immixta nō facit ea transmutari. ut patet de corporibz celestibz.

Subiecta quidem em̄ natura p̄causa forme est eorum que sunt sicut mater.Altera vero pars contrarietas multotiens ad maleficiū ipsius imaginatur protendenti intellectuz neq; esse penitus et esse extra omne.Existente em̄ quodam diuino z optimo et appetibili. aliquid quidem contrarium esse ipsi dicimus.Alivid autem aptum natum esse appetere z desiderare ipsum sibi ipsius naturam.Quibusdam autem accidit contrarium appetere suū ipsius corruptionem. et neq; suū ipsius possibile est appetere speciem propter nō esse indigens neq; contrarium.Corrupienda em̄ sunt ad inuicem contraria: sed hoc est materia.sicut si femina masculum z turpe bonum.non quod per se est turpe sed sibi accidentis

Nec philosophus ponit tertiam differentiam priuationis z materie dicens.qd materia causa est compositum forma z eorum que sunt sicut mater filiorum est causa.eo qd ministrat eis substantiam.sed priuatio que est altera pars contrarietas multotiens imaginatur portus esse ad maleficium z destructionem eorum que sunt si aliquis protendat intellectum in eam inquantum est priuatio distincta a materia. quia tunc videtur ipsa esse causa.quare entia corruptiū z non sunt neq; permanēt.Lum enim priuatio inest sibi actum priuat esse generabilem.et si quis inspiciat eam prout ipsa importat in nomine quandam negationem.portius videtur esse destruetua substantia generabilium. qd sit principium naturale eorum que sunt.**E**t hec fuit etiam causa quare latuit anterioris qd priuatio sit unum principiorum. quia scilicet prosterunt intellectum in eam secundū qd est negatio quodam. z non prout relinquit aptitudines in subiecto.**U**ni de dicebant ipsam non esse penitus. z esse extra omne illud quod est in natura.**Q**uarta differentia est priuationis z materie. quia forma cum sit quoddam diuinum optimum z appetibile dicimus qd priuatio est contraria ei z non materia.sed materia per hoc qd est immixta priuationi nata est appetere ipsam formam. que est diuinum et optimum.si enim nō esset priuatio in materia non esset natura appetere formam.**E**t hoc sic probat. quia materia aut appetit ipsam sibi qd est informata forma z existens in actu aut sibi qd est ea res forma.Si autem dicitur qd appetit eam secundū qd est informata per formam et existens

Physicorum

Aristotelis

